



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre  
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

**Petrus <Comestor>**

**Argentine, 1503**

**VD16 P 1829**

De samsone. ca. xvj.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30892**



decem. hic cum decem annis suis in. lxx. inter-  
pretibus non habet. Pro quorum damno supplē  
do eusebius iosepho filio nun samuēli et sauli.  
quorum annos scriptura sacra non dicit plures an-  
nos quā in iosepho legebat annotauit. quate-  
nus ab egressu israel ex egypto usque ad edifica-  
tionem templi. cccc. et lxx. annorum summam  
quam scriptura predicat haberet.

Incidentia.

Ex tpe alexander belenā rapuit bellum  
decennale surrexit. Vennon et amazones  
priamo tulere subsidium.

De abdon.

Caplm. xv.

**De abdon abdō**

Prothecutes de effraim iudicauit israel  
viii. annis. Sub his tribus iudicibus  
non recessit israel a domino. et quiete terra. Et  
ideo nil memoriale fecisse legunt. Tū quidam  
tradunt sub abdon cladem factam in bēnia-  
min pro uxore leuite.

Incidentia.

Huius anno tertio capta est troia et fluxe-  
runt usque ad primam olympiadem anni. cccc. vij.  
Tunc greci ad gloriam victoriae sue cepērunt an-  
notare tempora sua sic. Anno a captiuitate  
troiae Incepta olympiade deinceps annota-  
uerunt tempora iuxta numerum olympiadum. Tan-  
dem romani florentes

annotauerunt tempo-  
ra sic Anno ab urbe  
condita Ultimo chri-  
stiani annotant sic.  
Anno ab incarnatione  
domini Capta troia me-  
nela et helena dene-  
nerunt ad thozim re-  
gem egypti quem ho-  
mērus polibum vo-  
cat Anno tertio a ca-  
ptiuitate troiae vel quā-  
to ut quidam volūt re-  
gnauit eneas tribus  
annis in italia in qua  
prius regnauerant.  
ianus. saturnus. plu-  
cus. faunus. latinus. annis circiter. c. l.

Nota quod olympias di-  
cta est a ludis qui sub  
olympo monte fiebat  
apud elidem ciuitate  
tem elidis agētibz  
agonem et quinquen-  
tuor annis medijs va-  
cantibus. et ob hoc ellis  
dis certaminis ipius  
olympiade vocauerunt  
quadriennio in vno  
olympiade putato.  
Est autem olympias  
spacium quattuor an-  
norum.

De samson.

Caplm. xvi.

**De samson filio israhel**

peccauerunt coram domino. et tradidit

eos in manibus philistinorum quadraginta annis a  
qua fuit ante hunc modo liberati sunt. Fuit vir quibus  
dam de stirpe dan. nomine manue. huius uxore  
pulchra sed sterile. Cui sepe orant in agro pro steri-  
litate amoneda: apparuit ei angelus et ait. Co-  
cipies et paries filium: caue ne comedas aut bi-  
bas deinceps nisi iux-  
ta legem nazareorum

Filius enim tuus erit  
nazareus dei ex utero  
mris et deinceps ipse  
liberabit israel. Alia  
littera. Et dicit sam-  
son robustus libera-  
tor israel. Que cum  
oia indicasset viro suo  
et comedasset angelus  
pulchritudine. contri-  
stus est vir. quia zelo  
tes erat. et ut mitiga-  
ret irrationabilem viri  
tristitiam. consuluit ut

Qua lege viveret na-  
zareus regere historia  
nuerorum. Istud appo-  
suit. m. ut satisfaceret  
hieronymo qui ait. no-  
me eius predictum a domino.  
cum predestinatus sit  
super quod fuerit christi no-  
mina predicta sunt. quia  
nomen fuit ei ipositus  
scilicet samson. iuxta quod  
pollentia horum verbo-  
rum domini ait hiero. predi-  
ctum eius nomen

ambo orarent dominum ut iterum veniret angelus  
ad eos: et instrueret utrumque de puero. Et ap-  
paruit iterum angelus victori. Que cum vocatus  
set vir: ait manue ad eum. Tu ne es qui locu-  
tus es de puero. Cui angelus. Sum. Cui  
manue. Quid vis ut faciat puer. Et ait an-  
gelus. Nazareus erit omni tempore vite sue.  
Attulitque manue hedum et panes. Cui ange-  
lus. Non comedam. Si vis offerre offer il-  
la domino. Et ait manue. Quod est nomen tuum.  
Cui angelus. Cur queris nomen meum quod  
est mirabile. et obtulit manue que tulerat iux-  
ta petram domino: qui facit mirabilia. Et asce-  
dit angelus in flamma ignis: nec ultra appa-  
ruit. Et intelligens manue esse angelum dei  
ait. Doremur: quia vidimus dominum. Cui  
mulier. Nequaquam. Nam accepit dominus ho-  
locustum a nobis: et indicauit quod futura sunt.  
Natumque filium vocauerunt samson: quod  
sonat robustum. Eruitque cito puer: adeo ut  
iam propheta futurus agnosceretur. cepit  
que spiritus domini cum eo esse in castris dan.  
id est. in exercitu tribus sue. Et locus est in  
quo prius habitauit samson. et est dicitur ca-  
stra dan pro anticipatores. Non dum enim tribus  
dan priam habebat sortem.

Quomodo samson inter fecit  
leonem.

Capitulum. xvii.